

Friedrich I. beschützt das Kloster mit Personen und Sachen.

1186 Mai 17, Mailand.

Federicus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Pietas imperialis clementie ab officio maiestatis nostre requirit, ut ecclesias^a dei et religiosas personas in suo iure conservemus et sub protectione virtutis et nostre clementie eas foveamus. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris, quod nos monasterium de Poliola et personas inibi divinis obsequiis mancipatas et mancipandas servare et eius bona, que nunc^b habent vel imposterum iuste poterunt adipisci, sub protectione nostra et defensione suscepimus, statuantes et imperiali auctoritate sancientes^c, ut nulla persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica, predictum monasterium aggravare audeat vel in rebus suis aliquatenus^d perturbare. Quod qui fecerit, 20 libras auri puri pro pena componat, dimidium imperiali camere et reliquum iniuriam passis.

Huius rei testes sunt Gulielmus Astensis episcopus¹, Bonifacius Novariensis episcopus, Godefredus^e imperialis aule cancellarius, frater Theodoricus², Rodulfus camerarius.

Datum Mediolani anno dominice incarnationis 1186, 16. kal. Iunii.

Friedrich II. bestätigt dem Kloster auf Bitten der Priorin Bonacosa das eingerückte Privileg Friedrichs I. vom 17. Mai 1186 und gewährt überdies Holzungs- und Weiderecht in öffentlichen Wäldern, bezüglich auf öffentlichen Weiden.

1238 April, Turin.

Federicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Bonacosa venerabilis priorissa monasterii sancte Marie de Poliola fidelis nostra pro parte sua et conventus eiusdem monasterii

a) *ecclesiam* 1.

b) *vel* 1.

c) *stat. imp. auct. sanctionem* 1.

d) *aliquem* 1.

e) *Gofredus* 1.

1) Nach E. Morozzo della Rocca, *Le storie dell' antica città del Montereale ora Mondovì* I, 233 wäre die Urkunde auch erlassen: *a richiesta di Guglielmo vescovo di Asti*. Das entspricht aber nicht den beiden Drucken Nallinos, auf die allein Morozzo sich doch beruft. 2) de Silva benedicta.